

Porro, cum ille commentator; cuius adin-
tium hujus nostræ orationis meminimus, neque
Chrysofotum aliosque patres explicare velit, ne-
que præcedentium doctorum explanationem ad-
mittere, sed totis conatibus enitatur probare quod
erraverint: hoc obiter admonemus, veritatem
cui dicitur Chrysofotus dissentire, sufficienter
esse compertam. Quis enim vel mediocriter doctus
ignoret Deum per essentiam videri posse ab intel-
lectu, supernaturali lumine gloriæ illustrato?
*Angeli eorum in calis semper vident faciem patris
mei qui in calis est, ait ipse Dominus, Matth. 18.
Beati mundo corde quoniam ipsi Deum videbunt,*
Matth. 5. *Videmus nunc per speculum in enigmate,
tunc autem facie ad faciem 1. Cor. 13.* Et Pontifex
Evangelus, *Eam lucem inaccessibilem quam pater &
filius inhabitant, nullus in hoc mortali corpore con-
spicere potest aliquatenus contuers; sed dum appa-
ruerit, tunc vere illum videbit sicuti est qui ejus con-
spicibus fuerit dignus coaptari: & non sicut Moyses
caeterique prophetae per ænigmata & figuram; sed
ipsam veraciter in filio secundum Apostolum con-
tinebatur deitatis imaginem.* Sed cum hæc alterius
sint instituti; quod magis ad propositum spectat,
videamus an pariter sit compertum, quod Chry-
sofotus, Hieronymus, Isidorus, Ambrosius,
Basilius, Epiphanius, Cyrillus Alexandrinus,
& Jerosolymitanus, Gregorius Nyssenus, Theo-
doretus, Primasus, Theophylactus, Euthymius,
veritatem hanc ignoraverint, eique contradixe-
rint. Omnes enim illos auctor memoratus in
unum erroris fasciculum colligit, Armenorum-
que fuligine tinctos probare contendit.

Objici-
tur loca
Chrysof.

Primo quia Chrysofotus Hom. 14. in Joannem
tractantis illud Joannis 1. *Deum nemo vidit
unquam, verba sunt;* Id quod est Neque, non modo
prophetæ non viderunt, sed neque Angeli, ne-
que Archangeli. Et infra, Non hominibus dum-
taxat dicit Deum esse invisibilem, sed & supernis
virtutibus: ex quo autem carnem induit, tunc
(inquit,) visus est ab Angelis, cum antea non sic
videretur, eod quod ipsis quoque invisibilis esset
substantia. Et, cum objecisset illud Matth. 18. *An-
geli eorum semper vident faciem Patris:* respondet,
eandem esse sententiam cum illa Matth. 5. *Beati
mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Cog-
itationem enim atque imaginationem, inquit,
quam pro viribus nostris de Deo capimus, eam
visionem appellat. Neque responderi potest Chry-
sofotum loqui non de quavis clara Dei visione,
sed de ea quam scholastici vocant comprehen-
sivam; In hominibus enim quas de incomprehensibili
natura Dei habuit, disputat contra Anomæos, qui
non docuerunt Deum à beatis ita perfecte videri,
ut ab eis comprehenderetur, in eo sensu quo scho-
lastici de comprehensione loquuntur; sed solum
contendebant ab intellectu creato propria virtute
totum Deum sicuti est clarè videri posse: quam
visionem ipsi comprehensionem appellabant. Ne-
que enim erant tam amantes, ut scientiam quam
ipsi de Deo habebant, scientiæ & cognitioni
quam Deus de se habet, omnino æquarent; sed
cum interdum vocarent æqualem, ex parte objecti
intelligebant, quia nihil eorum quæ formaliter in
Deo sunt, esset notum Deo, quod ipsi quoque non
viderent. Accedit quod si Chrysofotus solum
excluderet à beatis visionem, comprehensivam,
non assereret (quod tamen homil. inter supra
memoratas 3. facit) substantiam Dei à nullo

Angelico intellectu videri. Hoc enim est intuiti-
væ visionem negare. Postremo, ut Angeli possent
aliquid nobis de substantia Dei enarrare, neces-
sarium non erat, notitia comprehensivæ ipsum
vidisse, sed satis erat si clarè sicuti est totam Dei
substantiam viderent. Dicit autem Chrysofotus,
Si eos percunctaberis; nihil ab eis de Dei substan-
tia audies, sed tantum referentes, Gloria in ex-
cessis Deo: ergo vult eos de quidem visione intui-
tiva Deum vidisse.

Secundo Hieron ad cap. 1. Isaia sic loquitur; *Objici-
tur Hie-
ron.* faciem Dei juxta naturæ proprietatem nulla videt
creatura: & tunc mente cernitur quando invisibi-
lis creditur.

Tertio Isidori cap. 42. In Exodum ista sunt
verba: Quid est faciem meam videre non poteris;
nisi, quia quamvis usque ad parilitatem Angeli-
cam humana etiam post resurrectionem natura
proficiat, & ad contemplandum Deum indefecta
pergat: videre tamen ejus essentiam plenè non
prævalet; quia nec ipsa perfectio Angelica in toto
vel integrè attingit scire? Et ne quis respondeat
comprehensionem tantum ab Isidoro negari; jung-
endum est quod sequitur, soli enim sibi integrè
noto est Trinitas, & humanitati susceptæ: humani-
tatem autem Christi non videt sanctissimam Trinita-
tem comprehensivè.

Quarto, Quod Ambrosius, Basilius, Epiphanius
eidem errori consenserint, probare videntur eor-
um verba. Ambrosij quidem ad cap. 1. Lucae hæc,
Deum nemo vidit unquam, quia eam quæ in Deo
habitat plenitudinem deitatis, nemo conspexit,
nemo mente aut oculis comprehendit. Basilius lib.
1. contra Eunomium ista, Filio soli notus est Pa-
ter, & Spiritus sanctus; ipsa substantia omni-
bus, præterquam unigenito & Spiritui sancto,
invisibilis est. Epiphani. ad hæresim 70. hæc, Quod
invisibilis Deus & incomprehensibilis, hoc mani-
festum est & confessum: Impossibile est videre
Deum humanam naturam. Viderunt quidem Pro-
phetae & Apostoli; sed sicut natura potuit ferre:
sicut si quis per tenuissimum foramen cælum con-
spicaretur, & diceret, Video cælum.

Quinto, De Cyrillis idem judicium. Ait enim
Alexandrinus libro primo in Joannem c. 22. Solum
consubstantiali filio Pater visibilis est, & nulli
præter eam alij. Qui autem clamant vitum à se fuisse
Dominum Sabaoth, non ipsum quod natura
Dei substantialiter est, vidisse contendunt, sed si-
militudinem gloriæ Domini. Jerosolymitanus au-
tem Catech. 6. Vident sanè Angeli, sed non ita ut
est; solus filius & Spiritus Sanctus ita ut oportet,
videt. Sed his clarius Nyssenus & Theodoretus.
Cum enim Nyssenus ad illud Matth. 5. *Beati mun-
do corde quoniam ipsi Deum videbunt,* docuisset Dei
substantiam esse invisibilem; adjungit, promissio-
nem illam *Deum videbunt,* ita esse intelligendam,
ut videre idem sit quod habere; quemadmodum
illud, *videas bona Jerusalem,* idem quod invenias,
significante verbo: Et Theodoretus Dialog. 1.
Sicut solemus intelligere ea quæ dicuntur ab ho-
minibus qui Deum vidisse existimati sunt, quod
divinam naturam minimè viderunt, sed qualem
visiones eorum facultati convenientes: sic Ange-
los videre faciem patris est interpretatus. Hos pa-
tres, si sincerè loqui velimus, vix possumus in bonum
sensum interpretari, ait is de quo supra; omnes enim
eodem modo loqui videntur, quo Chrysofotus,
Chrysofotum autem in ea planè
fuisse

Objici-
tur Hie-
ron.

Isidorus.

Ambr.

Basilius.

Epipha.

Cyrillus.
Alexan.

Cyrillus
Jerosol.

Greg.
Nyss.

Theodo-
retus.